




Opuscula

ABYSSUS IMMENSI AMORIS CHRISTUS SALVATOR,

AD VORAGINEM AQVARUM

IN QVAM

ANCHURUS

Pro recuperanda Patriæ integritate se præcipitavit

OBSERVATUS.

& Ab

ILLUSTRI ac NOBILISSIMA JUVENTUTE

SCHOLÆ GRAMMATICES

Academiæ Myszkoviano Pinczoviensis

Spectatori Magnorum Hospitum Oculo,

è Scenicis Vmbris

PRÆSENTATUS.

Annô Quô Abyssus Gratiarum Abyssum

DEUM in utero suo conclusit

MDCCXXVI die XXI. Aprilis.

CRACOVIÆ, TYPIS ACADEMICIS.

In Stemma Gentilitium
PERILLUSTRIS & ADMODUM REVERENDI
DOMINI.



Fortia nil prosunt generosis mænia Thebis
Si lepus est Omnis Civis ad arma timens.
Murus at impavidos herôas CYBULSCIUS ambit,
Quos LEO magnanimus for tia bella docet.
Aris proque focis bellat LEO dexter & audax,
In spolium cedat culmen honoris ei.

PERILLUSTRI & ADMODUM REVERENDO DOMINO

D. M. PAULO ANTONIO CIBULSKI,

Philosophiæ DOCTORI, Protonotario Apostolico, CANONICO Opatoviensi, PRÆPOSITO, & OFFICIALI Pilznensi, CURATO in Łęki, S. R. M. SECRETARIO, &c. &c.

Domino ac Mecænati Amplissimo.



Moris immensi, Abyssum CHRISTUM *SALVATOREM Sub similitudine Anchuri dum Luci publicæ, & Spectatori observatu propono; gratiæ Tuæ abyssum invoco.* Perillustris & Admodum Reverende, Domine Mecænas Amplissime. *Quippe Oceanus fundo carens, Seq; in latius dilatans est, virtutum ac Charitum Tuarum Congregatio; Cui pro lucidissima Pharo, Avitus inclytæ Domûs Tuæ affulget LEO tot Lampadibus instructus, quot Antenatorum Splendoribus inclarescit,*

rescit. Cæleste Signum *LEO, nil cum terris commune habet, præter Nomen cujus splendidam lucem dum requiro* Illustrissimas Domus Tuæ *Ceras adverto venerabundus. Gaudet (non ventilando mortales aliorum Cineres) radianti splendore in* Illustrissimo MATHIA CYBULSKI, CASTELLANO Wysogrodensi; *participat claritatem in* Illustri ALEXIO *terrestri Iudice, derivat Serenum lumen à* Magnifico ANDREA PINCERNA Wysogrodensi; *Lucidum edit nitorem, in* Perillustri & Reverendissimo ADAMO CYBULSKI, CANONICO Cathedrali Plocensi, *alijsq; Sexcentis; Quorũ rectefacta, merita, & virtutes, typographico mandare prelo, torcular minùs eruditæ frontis est; diducere lineas, non sine ruga difficultatũ opus, in sublime honorum evolare fastigium Panegyricâ pennâ Icariæ audaciæ pæna. Desino ergo illustrissima hæc Sydera Oratorio Speculari tubô, Te ipsum Tytanem lucidissimo virtutum, ac meritorum in Ecclesia DEI splendore Serenissimum præstò habens. Particulares unius cujusq; non recenseo Splendores, Tu mihi omnium Universale Objectum. Hoc, quod, ea quæ divisa illustres fecêre collecta tenet. Non accendo Illis in proprijs eorum virtutibus debitæ apotheoseos tædas, cùm Tu Serenũ immortalis gloriæ, in Te uno omnibus accendis meridiem, eò insigniori splendore, quò à teneris ad virtutum claritatem majorem in Te à Scholastico Phæbo derivasti. Statim enim circa primum in Orbem literarium Ortum, in meridianti perfectionis Te monstrabas Apogæo; Studiorum ingressus Olympia, sublimem maturæ Virtutis & eruditionis Olympum incolebas. Non diu post ascensum in Heliconem Supra Heliconem eminuisse videbaris, cum modico temporis tractu, Scientiarum Tractatus ad perfectum in illis profectum percepisti. Singula librorum (quorum discendo legebas Capita,) folia, consperso gemmis sudoriferis Capiti in coronam decerpsisti. Quod nè & viridi careret Laureâ, Iagellonica Pallas immarcescibili honoris Philosophici sertô Te redimivit. Eruditis Doctorum instruxit pennis quibus nullam*

involа-

involasti provinciam, nisi laboris Academici. Iam enim Oratoriæ, jam Philosophicæ intentus sedulitati, ad ardentem Cleanthis lychnum insomnes ducebas noctes, dies in otio literario consumebas. Nullum erat horæ memęntum, quô laboris monumentum non relinqueres. Nullæ exorientes Auroræ, quæ Tibi aureas in lectionibus perlegendis horas non intimarent. Omnes præter labentium temporum Circulos, à Centro Solius laboriosæ sedulitatis deducebas. Videbatur Almæ Studiorum Parenti Universitati tanta Tua merita Minorem non posse capere Orbem, Alium eis quæsivit, dum Te magnis laboribus parem Alcidam in Majori Polonia Gneznensis Coloniæ Directorem destinavit. Suscepisti illum regendum Parnassum Sapientissimus Apollo, Musisq; Tuis ita præfuisti, ut nunquam consonantiæ Cytharæ Tui regiminis & eruditionis dissonas habueris. Exantlatos ibi non audeo recensere labores, cùm sciam nullum Tibi fuisse diem sine linea anxiæ in bonum Coloniæ solicitudinis. Omnes menses Curis publicæ proficuitatis mensurabas, & quævis hora pro totius Universitatis bono mora Tibi fuit jucundissima. Integrô trienniô Paulus Almæ Matris electionis vas, famosum ejus Nomen, coram Gente illustrissima portabas, & inter Magnates (quorum delicium decusq; dulce fuisti) magnificabas, Ipse non minorî gloria dignus. De Homero Græci & Athenienses certabant, Te Perillustris *Domine, Gnesnensis & Posnaniensis Academus ambiebat; Posnaniensis tamen desideria coronasti; dum sub Lubranscianam Pinum ad labores properasti. Non latuit sub Eius umbris Professoralium lucubrationum nitor, eò clarior in exercitio assiduo eminebat. Suscipiebas Scholasticas spartbas, omnesq; expediebas ad stuporem, in cujuscunq; intrasti arenam, auream gloriæ messem colligebas. Stupuit hoc Perauguſtū Posnaniense Capitulū (cujus cordi adhæsisti) & pro tantis meritis laboriosum Tuum Caput, altiorum apud se honorum diademate cogitabat redimire; & redimis-*

B *set*

set, si Tua præsentiâ diutius frui potuisset. Redux ab æstu laborum à Lubransciana Pinu ad domesticum Academum, dulci in Ejus Vmbris gratìs uti recusasti quiete, cum Te statim jugo laborum accinxisti. Volupe Tibi erat publicis præesse Actibus, in disputantium Classe prudentissimum agere Nautam; & qui se labor obtulit Academicus nullus repulsam passus. Alios cum alto veneror silentio, Oratoriæ functionis sedulitatees elogiari ultro se ingerunt Calamô. Vocales Cantianæ Posnaniæ, Gnesnæ, Bonerianæ Cracoviæ Laudes, laudare Te jubent. In publicā à Te productæ lucem Panegyres, Tulliana demandant encomiorū Tibi producere accensa Lumina. Verùm cùm ad hæc resolvi umbratilis non audet dictio, addit ei animum Perillustris & Reverendissimus M. REMIGIUS SUSZYCKI, I. V. Doctor Ecclesiæ Cathedralis Cracoviensis ARCHIDIACONUS, &c. &c. *Patruus Tuus Cui Coronam Fontis benefici Coronamento superpositam floribus è Rhetoricis Composuisti millenas Tibi ipsi Elogiorū Coronas meruisti. Suggerunt ulteriorem materiam Sacri Suggestus Cracij, Posnanienses & alij; è quibus Divinior tonabas Pericles, Seraphici Francisci, Ignes Pinczoviæ triumphales gloriæ Tibi accendunt rogos. Stupuére tantos labores, togati Senatûs Academici Proceres, & præmiandos concluserunt; præmiassent nisi Præpositura Pilznensis Eorum desideria prævenisset. Suscepisti Ovium Curam Pastor Vigilantissimus, ita Centoculum agendo Argum ei invigilat Avitus Tuus LEO, ut nec Hesperidum poma vigil scivisset Draco meliùs custodire. Tantæ dignitati mox Surrogati Iudicis adjunxit se authoritas, ut à mentis Tuæ æquilibrio tota Divinioris Astreæ Lanx teneretur. Accessit dein Coronaturus Tua merita Canonicatus Opatoviensis, huic si emerita non supposuisses tempora, maximam virtuti Tuæ injuriam fecisses; quia in Te nil nisi Canone dignum invenitur. Non sufficit una virtuti Corona, Tibi etiam alteram Coronam honoris*

Sui

Sui Officialiatus Pilznensis obtulit. Prægrande mole onus hoc, Tibi tamen sine molestia venit, quia pares humeros Atlanti habes illi supponendos. Ex linea Appelles, ex Flamine Dij, ex radijs etiam in colorata Iride Tytan noscitur. Tu Perillustris Domine *ex responsis Sacræ conformibus Themidi nosceris Officialis. Talem profers judicando Sententiam, quâ, nec Ipsa sciret ferre meliorem. Præbes patentem uni parti aurem, nec eam ab altera avertis; prosequeris favore Actoream, Citatam nisi justis convictam rationibus ream lati pronuntias decreti justissimus Aristides. Nassariæ Princeps Conradus sedes judiciarias supra LEONES habebat, cum Epigraphe: quis non pavebit. Tu* Perillustris Domine *non pro sede, sed assistentem Avitum habes* LEONEM, *quem hic tantum pavere potest, qui in nefas effrenari non veretur: hic sibi benignum fateri Agnum, qui ipse mitis virtutumq; Cultor existit; Illo præside sub Themidis gladio sumit innocentia trophea, scelera Capitalem subeunt pœnam. Non eges* Perillustris Domine *in decidendis decretis alieno Lycurgo, folijsq; sybillæ, qui Pandectas, Qui Decretalium volumina, qui totum sacri Iuris Gazophilacium, in Tuæ mentis Archivum deduxisti. Prætereo Cætera Tua merita, virtutes alias Harpocraticè conveneror, ardentem Divini promotionem honoris non commemoro, liberalitatem tantum omittere non valeo. Largus in totam Ægyptum septem Ostijs Nilus dulcem liberalitatis Tuæ Arethusam plenô alveô hauriunt Universi.* Clamaret lapis de pariete *Ecclesiarum Parochialium Pilznensis, & in Łeki Tuam manifestando munificentiam, nisi innata Tua humilitas (quæ mavult laudanda in occulto agere quàm in aperto laudari) illius vicem impediret. Dicerent pressi paupertate egeni, ni uberioris sermonis torrentes, effusi liberaliter à Te in illos beneficiorum fontes, obruerent. Verùm tenuis grandia conari videor, nec viribus meis munera conveniunt ista, innatum Tibi probitatum*

 Can-

Candorem atra ſepiâ decorare, non eſt mortale quod opto immortalium Tuarum aurô cedroq; notandarum virtutū exilî calamô encomia exarare. Ad tantam non niſi earum vaſtitatē infimà Grammaticæ Myſzkovianæ Claſſis ſiſtit votorum oneraria; ut ab immenſi in genus humanū amoris Abyſſo Chriſto Salvatore, in Te PERILLVSTRIS & ADMODVM REVERENDE DOMINE *uberrimè Cæleſtes profluant benedictiones honorum ac fœlicium ſucceſſuum, ut continuam vivens Neſtoreos annos exundationem agnoſcas: intimè Vovet*

Perilluſtris & Admodum Reverendæ Dominationis Veſtræ,

Devinctiſſimus Cliens & Servus.

M. LAURENTIUS JOANNES BĘDZIENSKI, Philoſophiæ Doctor Grnmmaticæ Profeſſor.

ARGUMENTUM
totius Operis.

MYdas Rex Phrygiæ affluens divitijs, dixit ſe eas favore & beneficio Fortunæ habere, pro quo Cultum ei Dijs debitum reddidit. Irati Dij conſilium iniverunt qualiter pro hoc eſſent punituri Mydam, ubi concluſum, quòd aquis ex voragine, quæ circa Celenas Opidum Phrygiæ erat erumpentibus, in Regnum Ejus Phrygiæ. Hoc munus exundandi in Phrygiam ſuſcepit Neptunus, & ex illa voragine eduxit aquas, quæ Phrygiam ¦magnoperè vaſtarûnt. Anchurus hoc audiens conſuluit Oraculum, quid illi eſſet faciendum ut aquæ ceſſarent. A quo hoc reſponſum accepit: non prius aquæ ceſſabunt, donec ſe aliquis, placando Numinum iram, ſponte in illas præcipitet. Anchurus ergo amore Patriæ ſponte ſeipſum præcipitavit, & aquæ ceſſarunt.

MYdás Krol Frygij opływáiac w bogáctwá, mowił, że te z łáſk y dobrodżieyſtwá Fortuny ma, zá co iey chwałe Bogom powinna oddat. Rozgniewawſzy ſie Bogowie rádżili miedzy ſoba táko by mieli karáć zá to Mydáſá, gdżie ſtáneło: iż Wodámi z przepáśći ktora koło Celenas Miáſtá Frygij była wybucháiacemi ná Kroleſtwo lego Frygij. Rzecz te zalania Frygij przyiat Neptun, y z oney przepáśći wyprowádźieł Wody, ktore Frygia bárdzo puſtoſzyły. Anchurus o tym słyſzac rádźił ſie Oraculum *co by miał czynić, áby Wody uſtáły? Od ktorego te odpowiedź wźiał: nie uſtána Wody poki ſie kto, błagáiac gniew Bogow w nie dobrowolnie nie w puśći. Wiec Anchorus z Miłośći Oyczyżny ſwey ~~dobrowolnie~~ ſámego ſiebie w puśćił, y wody uſtály.*

C ARGV-

PROLOGVS
ACTUS. I.
SCENA I.

MYdas jactat se coram Senatoribus multas divitias habere, in hoc ei Senatores applaudunt.

MYdás chełpi się przed Senatorámi że ma wiele bogactw, w tym mu Senatorowie ápplauduia.

SCENA II.

FOrtuna venit ad Mydam & dicit illum omnia beneficiô sui habere, majora promittit si eam colet.

FOrtuná przychodźi do Mydáſá y mowi że on wſzytko zá iey dobrodźieyſtwem ma, wiecey obiecuie ieżeli ia czćić będźie.

SCENA III.

MYdas favorem Fortunæ erga se Senatoribus declarat, & ut eam cum ipso colant, ſvadet, tandem ei cultum Deorum redunt.

MYdás favor Fortuny przeciw ſobie Senatorom pokázuie, y áby ia znim czcżili, rádźi, potym iey honor Bogow oddáia.

SCENA IV.

CUltus Deorum quærulatur, quod poſtpoſitus ſit, & alius Fortunæ à Myda inventus.

HOnor Bogow lámentuie że go zániechano, á inſzy przez Mydáſá Fortunie wynáleźiono.

SCENA V.

DIj Conſulunt, qualiter puniant Phrygiam, ubi concluditur: quòd aquis, quæ res de mandatur Neptuno.

BOgowie rádza, iák máia karáć Frygia, gdźie ſtawa: że Wodámi, ktora rzecz zlecáia Neptunowi.

Intermedium.
ACTUS II.

SCE-

SCENA I.

NEptunus proſequitur odio terrigenas Phrygiæ vocat ad ſe Tethydem & Æolum.

Neptun nie nawidźi źiemiánow Frygij. Woła do ſiebie Tetydy y Eolá.

SCENA II.

TEthys & Æolus comparent ad Neptunum, jubet Tethydem movere Aquas ex voragine.

TEtys y Eolus Stawáią do Neptuná, roſkázuie Tetydźie poruſzyć Wody z przepáśći.

SCENA III.

ERumpunt Aquæ ex voragine, Neptunus petit Æolum ut vim incutiat ventis, & procellæ conſurgant.

WYpadáią Wody z przepáśći. Neptun prośi Æolá áby dodał śiły Wiátrom y áby náwáłnośći powſtáły.

SCENA IV.

MAgnæ obortæ procellæ vaſtant Phrygiam & fines ejus, quæ medijs in undis quærulans petit ab aliquo auxilium.

WIelkie wzruſzone nawáłnośći puſtoſzą Frygią y przyległośći iey, ktora w pośrzod Wod lamentuiaca prośi kogo o pomoc.

SCENA V.

ANchurus neſciens quid agatur cum Phrygia, jactat ſe tranquillum & felix Patris ſui regnum habere, cui Rumor nuntiat de Oppreſſione Aquoſa Patriæ ſuæ. Hic lamentans adit Oraculum conſulens: quid debeat facere, cui reſpondet ut ſe aliqvis ſponte in eas aquas præcipitet.

ANchurus nie wiedząc co by ſię dźiało z Frygią, chełpił ſię że ma ſpokoyne y ſzczęśliwe Oycá ſwego Krolewſtwo. Ktoremu Nowiná oznaymia o uciśnieniu Wodnym Oyczyzny iego. Ten lámentuiąc idźie do Oraculum *rádząc ſię coby czynić miał, ktoremu odpowieda: áby ſię kto dobrowolnie w one Wody wpuśćił.*

Intermedium.

ACTUS III.

SCENA I.

PHrygia magis ac magis exundatione aquarum oppreſſa quærulatur, iterum ſupplicat auxilium

FRygia bárdźiey á bárdźiey rozlaniem Wod ućiśniona lámentuie, znowu prośi o pomoc.

SCENA II.

PIetas erga Patriam adit Anchurum meditantē de homine, qui ſe precipitet in aquas illas, & ſvadet illi, urgetq; ut ipſe amore Patriæ idipſum faciat, cui promittit faciendum.

PObożność przeciw Oyczyźnie idźie do Anchura myślacego o człowieku ktoryby ſie w one Wody wpuśćił, y rádźi, y nálega, áby ſam z miłośći Oyczyżny toż ſámo uczynił, ktory obiecuie że uczyni.

SCENA III.

IUventus & Honor adeunt Anchurum, diſſvadentes ei propoſitum, quibus non aſſentitur, ſed curat exequi promiſſa.

MLodość y honor idą do Anchura rozradzáiac mu przedśiewźięćie, ná ktorych woli nie przeſtáie, ále ſie ſtára wypełnić obietnice.

SCENA IV.

DEſcendit ad Patrem Mydam & amicos valedicit eis, & alloquens Patriam præcipitat ſe in Aquas, quæ ſtatim ceſſant.

IDźie do Oycá Mydáſá y przyiaćioł żegna ich, y obracáiac mowe do Oyczyżny wpuſcza ſie w Wody ktore záraz uſtáią.

SCENA V.

GEnius amorem Salvatoris erga Genus humanum in amore Anchuri erga Patriam demonſtrat. & Oratio Aurelij peroratur.

Gieni-

GEniusz Miłość Zbáwićielá ku Narodowi ludzkiemu w Miłośći Anchurá ku Oyczyźnie pokázuie, y Orácya Aureliuszá peroruie.

A. M. D. G. B. M. V. H. OO. SS. & S. P. I. C. V.

Intermedium.
EPILOGUS



Permissu Magnifici Domini RECTORIS.



ad majorem Dei Gloriam
B. M. Immaculatae C. V. Cultum.





